



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac  
Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

Rebdorffum, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

**R**EBDORFFUM, Canonicorum regularium S. Augustini cœnobium præclarum & elegans, ad Altimulam seu Almonum fluvium supra Aichstadium, post ipsam arcem Episcopalem in longe amoenissima valle situm, fundatum ac extrui coepit anno Domini 1156. sub Episcopo Aichstetensi, Domino Conrado à Morspeck, Friderici Imperatoris præcipuo & gratissimo consiliario, ab Imperatrice Domina Beatrice, Burgundionum Ducissa, Friderici Barbarossa secunda conthorali, quæ pagum Rebdorffensem dono dabant Episcopo ad extruendum monasterium. Episcopus Conradus sibi in eo sepulturam vivus adhuc adornavit, in quam mortuus depositus est anno Domini 1171. Cubat in eadem Ecclesia Rebdorffensi media ferè sub insigni ac sublimi marmore

*Ultimus Comes Hirsbergensis.* illustris Dominus Gebhardus, ultimus Comes de Hirsberg, maximus & cœnobii hujus & totius Episcopatus Aichstetensis (cui totum Comitatum Hirsbergensem legavit moriens) benefactor. De quo Gebhardo ad Conradum secundum, Episcopum, tales extant versiculi.

*Montem Cervorum clarum, castrumq; decorum,  
Et res Conrado Gebhardus ego tibi trado,  
Quas Willibaldi vice suscipias patris alni,  
Æternam ut requiem mibi is impetrat atq; salutem.*

Habuit hoc cœnobium initio sui omnes monachos ferè generes nobiles, quorum gubernator erat præpositus. Hi cum tandem à virtute majorum degenerantes, abjecto religionis, literarum & pietatis studio, venationibus ac commissationibus potius (ne quid amplius dicam) dediti, cum disciplinæ, tum œconomiæ negligentes essent, reformavit totum cœnobium omnium laude dignissimus Aichstadianus Episcopus, D. Joannes de Quercu, & ejcta degenerie nobilitate, substitutisq; melioribus observantiam regularem introduxit anno Domini 1458. sumta occasione apud Cerasorum horti cœnobium, in quo fuerat, dum Kirspar- ten Co- Wormatiensia Comitia sui temporis accessisset: cuius loci di- nobium. scipli-

sciplina captus, mox domum reversus ex hac ipsa præpositura sua S. Augustini Prioratum fecit. Huic præfuerunt ab ea reformatio[n]e ad hæc nostra usq[ue]; tempora Piores subscripti.

1. *Joannes Herdenius*, Magister artium, Francus & Freidenburg[us] Franciæ orientalis oppido ad Meenum supra Miltenbur-gum s[ecundu]m natus, asumitur ex Cerasorum horti coenobio anno Domini 1458. Præfuit annis 25. & anno 1483. peste graviter in omni vicinia grassante correptus obiit. Sepelitur ante chorum cum duobus fratribus, eodem tempore peste absuntis.

2. *Joannes de Moguntia*, vir pruden-tissimus, succeſſit. Præ-fuit annis 12. & aliquot mensibus. Obiit anno 1496. in die D. Erhardi. Sub hoc Priore ingressus est coenobium hoc ipsum D. Chilianus Leib, quartus hujus coenobii reformati rector anno 1486. in Divi Andreæ profecto, anno ætatis 16.

3. *Michaël Francus*, Bergensis, prope Geiern arcem natus, præfuit annis septē penē. Obiit anno Domini 1503. ipsa die Ju-lianæ, Februario mense. Fuit egregius & admodū religiosus vir. Sepelitur in sacello D. Annæ, cum Priore Joanne Moguntino.

4. *Chilianus Leib*, ex Ostrofrancorū Bosphoro, vulgo Och-senfurt, natus, vir in literis & linguis multipliciter doctus, succeſſit anno 1503. in die S. Perpetuæ & Felicitatis. Præest adhuc hoc Jubilæo 1550. ætatis vero suæ anno 80. Vedit bella, Bavari-um, Rusticum & Germanicum, quæ omnia copioſe descripsit, alioquin etiam vere polygraphus, rector sui monasterii longe utilissimus.

Est ad eundem fluvium Almonum paululum infra hoc mo-naſterium monialium etiam & regularium Canonistarum labo-re ferè suo viſtitantium elegans monasteriolum Mariani lapi-dis cognomento nobilitatum. Id anno Domini 1470. à Guiliel-mo Episcopo Eichstetensi, inchoatum, piorum hominum elec-tosynis postea auctum & adjutum est.

**R**EGLI Fontis elegans & præclarum monasterium, ordinis D. Bernhardi vel Cisterciensis, dioceſeos Constantiensis, sub visitatione Salemitana, in Brentiana valle prope Brentii a-  
mnis

Aaa 2

Priorum  
series.

Mariani  
lpidis  
Cenobio-  
lum.